

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De conventiculis**

Disputatio Theologica ...

.. Posterior eaque dogmatica

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Gottesheim, Johann Ernst von  
Leonhard, Georg Friedrich**

**Argentorati, 1705**

Cap. II

**urn:nbn:de:bsz:31-105820**

CAP. II.

§. 1.

Vidimus hætenus historiam conventiculorum, & congressuum privatorum, qui turbis rumoribusque plurimis ansam præbuerunt; restat ut jam iudicium nostrum, juxta Theologiam sanam subjungamus, atque doceamus, quid in illis desideremus: id autem commodissime fiet ea ratione, ut 1. afferamus rationes pro definienda controversia, 2. vero rationes examinemus, quibus isti homines nituntur, atque institutum suum defendere conantur: his enim duabus sectionibus rem posse explicari & iudicium formari Theologicum, speramus.

CAP. II.  
Dogmaticum  
§. 1.

§. 2.

Et quidem cum hic nulla sit necessitas, qualis vel in primitiva Ecclesia, vel labentibus sæculis fuisse dici potest, patet frustra homines conventus illos privatos instituisse. Necessitatem dico nullam esse, nec ex parte discipulorum, nec doctorem; siquidem verbum DEI inter nos habitat *in vobis*, legitur, auditur atque explicatur quotidie, distinctis vicibus & temporibus, ut qui una hora non possit, altera interesse & audire queat, vel ut si unus dies non suppetat, suppetat alius: ut taceam Biblia apud nos habere, omnibus licitum esse: instituta sunt Scholæ publicæ, ut qui voluerit rem accurate expendere, fateri cogatur, necessitatem nullam esse, quæ istos conventus privatos urgeat. Discipulorum equidem profectus & ingenia diversa sunt, sed iis prospectum satis, ut abunde singuli habere possint, quantum satis est. Nec obstat multos esse auditorum, qui publicos cœtus negligant, adeoque ipsis privatim esse succurrendum, id enim ex vitio eorum est, quod non facit talem novitatem necessariam esse: perinde ac si quis diceret, nolle cives à Magistratu vocatos ad publica loca convenire, unde singulis mittendos esse ad aedes privatas nuntios, qui ipsos subditos de voluntate Magistratus instruant: Non feret, puto, hanc sententiam bene ordinata Respublica inter parentes & imperantes.

SECTIO  
prima  
qua  
reji-  
ciuntur  
conventi-  
cula,  
quia  
§. 2.  
Nulla est  
necessitas  
& causa  
iusta.



Quin hoc ipsum repugnat Paulo 1. Cor. 14. 40. *Omnia secundum ordinem & honestatem fiant*; his liquidem conventibus ordo publicus negligitur, & contemnitur contra institutum Magistratus & Ecclesiae. Equidem videntur isti homines sibi in conscientia obstricti, ad succurrendum proximo, & ut vitia taxent publice, dann es muß doch ja jemand seyn der es sagt/ weil die Leuth so gottlos seyn/ ut istiloquuntur; sed ut ad ultimum prius respondeamus, fanatici isti frustra dicunt & calumniantur, non indicari populo peccatum suum; nam admonitiones publicè & creberrimæ fiunt, de cujus rei veritate conscientiam unius cujusque testem appellamus, quod tam manifestum est, ut & in Haugianis locis non negetur, licet homo iste ex alio capite calumniam petat, sub tit. außserlicher Gottesdienst/ quomodo à diabolo manetur & fulciatur: Es hat dem Sathan an denen subtilsten intriguen und scheinbaresten verstricktesten Streichen nie gemangelt/sonderlich aber greiffi ers nun heut zu Tag auff eine gang andere Art an/ weil er wol siehet/ daß er durch seine Werkzeug mit gar grober und hefftiger Behauptung seiner alten Sâg/ nicht so wol mehr fortkommen kan. Nemlich er fânge nur auch an mir über das gemeine Elend zu klagen/ als wäre es ihm noch so leyd/ lernet allerhand fromme scheinende Wort nachschwâzen/ und wil den Leuthen weisen wie er auch vom wahren Christenthum reden und schreiben kan. Quod vero conscientiam attinet eorum, qui urgeri se putant ad instituendos ejusmodi conventus, verbis B. Lutheri nostri respondebimus, ita autem ille Tom. V. Altenburg. fol. 966. Wären sie von G. D. t. und rechtschaffen/ so würden sie sich allererst zum Pfarzherz finden/ und mit demselben handeln/ ihren Beruf anzeigen und erzehlen/ was sie glaubeten/ und ob sie derselbige wol zu lassen/ öffentlich zu predigen/ würde sie alsdann der Pfarzherz nicht zu lassen/ so wären sie entschuldigt für G. D. t. und möchten alsdann den Staub von ihren Füßen abschlagen.

S. 3.  
deest voca-  
tio.

S. 3.

Deinde homines isti destituuntur *vocatione*, quam ordinarie necessariam esse ad rite docendum, non est ex nostris Ecclesiis qui neget, nec puto homines istos esse negaturos, quandoquidem

quidem hactenus  
nostris esse; atque  
nos servis Vasatu  
dico dicto Jerem. 2  
fol. 966. vor  
Sprich sind sie dan  
stetige um ihre vo  
kation und im W  
den noch ihren D  
ste Schleicher ter  
nem/ so kan doch  
gredert kommen  
er mit Gewalt über  
sichem steiget offen  
homines vocatione  
mas: Quis enim  
ponem vel urbem  
nihilque generis  
e dicturus esset. se  
ar, nec mittente  
nen habituros esse  
si arrogans, quos  
nichaverint sua, e  
ant. Sartorem, o  
ne, si quidem m  
igum ex Jacobi 3,  
videat, se à Patre  
ocurum, cum dese  
in admoveret anic  
nichastam, & im  
vult, quod ad cale  
stati sunt, quibu  
dam, posset aliq  
o Ecclesia tota mi  
ent aliam nisi co  
plent is circumler



quidem hactenus ex nostris esse voluerunt, vel saltem videri ex nostris esse; atqui dictum clarum est quod locutus est Dominus servis *Vocatis* Luc. 19, 13; urgente B. Luth. l. c. fol. 967. addito dicto Jerem. 23, 21. unde b. Lutherus ipse in eadem Epistola fol. 966. von den Schleichern und Winkel-Predigern: Erstlich sind sie damit wol und leichtlich zu ergreifen/ wann man sie fragt um ihre vocation, wer sie hab heissen her schleichen/ oder kommen und im Winkel so predigen/ so mögen sie kein Antwort geben noch ihren Befehl anzeigen. Und ich sage fürwar wann solche Schleicher kein Unhärlein an sich hätten/ und eitel Heilige wären/ so kan doch dis einige Stück (das sie ohn Befehl und ungefordert kommen geschlichen) sie für Teuffels Dotten und Lehrer mit Gewalt überzeugen. Dann der H. Geist schleicht nicht/ sondern flueget offensichtlich vom Himmel herab etc. Jam ejusmodi homines vocatione divina destitutos esse facile probatum dabimus: Quis enim sutorem è peregrina terra vocavit, ut in regionem vel urbem alterius Magistratus accedat, ibique doceat, omnique generis homines convocet, vel admittat. Et si forte dicturus esset, se ab aliis missum, puto nec ipsum suæ conscientia, nec mittentes suo officio satisfacturos, vel boni civis nomen habituros esse; qui jura alterius magistratus involant, & sibi arrogant, quod in aliis improbant, quos si studia apud alios tractaverint sua, etiam ultro & sponte venientes non admittunt. Sartorem, officio suo relicto docendi muneri se in genere, id quidem *πολυεργισμῶν* est vitium, & levitatis animi signum ex Jacobi 3, 1. seq. Si quis vero ejusmodi homo jactare audeat, se à Patre cœlesti vocatum ad hoc docendi munus, sicut tum, cum deserto Sartoris opificio, ad caputia conficienda admoveret animum; Is certe ridendum se præbebit, aget enthusiastam, & immediatam suam vocationem probare tenebitur, quod ad calendæ græcas præstiturum puto. De iis qui studiosi sunt, quibusque licet sermones habere vicarios ad populum, posset aliquis secus existimare. Verum cum istis non ab Ecclesia tota munus commendatum, nec potestatem habeant aliam nisi commonefaciendi auditores sub iis limitibus, quibus is circumscriptus est, qui permittit; & cum ejusmodi



minister Ecclesiæ nondum sit, nec curam habeat animarum, non potest dici legitime vocatus ad hoc agendum: Minime omnium vero ut contra eum à quo licentia data, ea venia utatur, publicum ordinem turbet, & ex zelo imprudenti in ea vitia invehatur, quæ vel auditorio toti, vel pluribus ignota, vel ut pastorem calumniis laceret apud auditores. Cumque id pro suggestu non habeat potestatis, multo minus habere putabitur ubi privatos agit conventus, nemine cui jus est, id vel iubente, vel suadente.

§. 4.

§. 4.  
Nec auditores debent tales audire.

Cumque hæc de autoribus palam sint & in confesso, de auditoribus quoque facile probabitur, quod illis conventibus non debeant interesse, tales præceptores non audire scilicet cum obsequio & approbatione, alienum enim oves Christi non audiunt, sed fugiunt ab eo Joh. X. quos inter alienos is quoque esse censetur, qui non per ostium vocationis intrat in ovile, sed aliunde irrepit. Et cum docens ad discipulum mutuo respectu referatur, hujus ratio est, quæ illius, ut cum docens docendi auctoritatem & jus non habebat, neque audiendi facultas concessa sit doctorem *ακλῆρον*. Et quemadmodum hæc ex Scriptura, & analogia fidei certa sunt, ita iisdem plane consonant, quæ habet B. Lutherus l. c. von den Winkel-Predigern anno 32. T.V. Altenb. f. 967. Und auch also wie das geistlich Ampt auff den Veruff dringen und den Schleichers oder seinen Würth fragen/ woher komst du/ wer hat dich gesandt &c. wie droben/ und den Würth auch fragen/ wer hat dich diese Schleichers heissen herbergen/ seine Winkel-Predigt hören? woher weisst du/ daß der Befehl habe dich zu lehren/ und du von ihm zu lernen? warum hast du es nicht dem Pfarherrn oder uns angesagt? warum lassst du deine Kirche/ da du geraufft/ gelehrt/ bericht bist/ und dahin du gehörest/ durch Gottes Ordnung/ und freuchest in den Winkel? wer hat dir Macht gegeben? dieses Kirchspiel zu trennen und unter uns Notten anzurichten: wer hat dir befohlen/ deinett Pfarherrn zu verachten/ zu urtheilen/ zu verdammen in Rücken/ ehe er verhört oder verklaget ist? woher bist du solcher Richter über deinen Pfarherrn/ so auch dein selbst eigen Richter worden.

Dann

Dann solche Un-  
sich an die Schleich-  
werden.

Probatum ha-  
gima, sed suspecta,  
nuda urgente insti-  
tum id ulterius qu-  
nam & dogmata spe-  
tempum ubique,  
vel ex nudo aud-  
thomias ipsi ad-  
apostoli monita fi-  
Prosperum non esse  
num vel trium: at  
privati, sine officio  
pant, sed & mode-  
em sibi sumunt, &  
ia petitis, quis  
cipituram, ita q-  
quidem si A.C. lo-  
I.C. p. 826. Err. V.  
logislarum dogmat-  
denominia tolerari p-  
terry cum Ecclesia m-  
pon A.C. sententiam  
neg. illa operam loc. m-  
pontos atque vitand-  
Lutherus T.V. Al-  
abacta leguntur.

Nec minus no-  
cipia oritur; publi-  
ca, & in tantum  
idem vellent pa-  
tis ministrum im-



Dann solche Untugend/ und viel mehr/ begehret ein jeglicher/ der sich an die Schleicher hängen/ und soll billig darum angesprochen werden.

§. 5.

Probatum haecenus est, Conventicula *justa* non esse nec legitima, sed suspecta, non pia, non visitanda, ex eo quod necessitate nulla urgente instituta, doctores facti sine legitima vocatione; jam id ulterius quoque patebit, si institutum ipsum & tempus & locum & dogmata spectes. Invisum ipsis ministerium est & contemptum ubique, nisi ex suis alleclis contextum, vitia imputata, vel ex nudo auditu percepta, totum ideo ut à Ministerio aver- si homines ipsis adhærent: at isti pietistæ hoc plane contra Apostoli monita faciebant. 1. Tim. 5, 19. quo docetur, contra Presbyterum non esse accusationem accipiendam nisi ad testimonium duorum vel trium: at si cum non sint Episcopi ut Timotheus, sed privati, sine officio publico, non tantum accusationem accipiunt, sed & modo inaudito de presbyteris judicandi potestatem sibi sumunt, & quidem sine testibus nisi è domo h. e. secta sua petitis, quis hoc institutum probabit? certe uti contra scripturam, ita quoque contra Libros Symbolicos est, quos quidem si A. C. socii esse volunt, recipere tenentur, ita namque F. C. p. 826. Err. VII. Anabapt. Rejicimus & damnamus falsa Anabaptistarum dogmata, qua neq; in Ecclesia DEI, neq; in Politia, neq; in Oeconomia tolerari possunt: p. 827. Non habendum quicquam commercij cum Ecclesia ministris, qui & sanctum Christi Evangelium juxta piam A. C. sententiam docent, & Anabaptistarum errores refutant, neq; illis operam locandam, quin potius ut verbi DEI corruptores fugiendos atque vitandos esse. Quibus prorsus consentiunt, quæ B. Lutherus T. V. Altenb. f. 967. scripsit, quæque præced. thesi adducta leguntur.

§. 5.  
nec insisti-  
tum & do-  
gmata pro-  
banda  
quod  
contemnūt  
ministeri-  
um.

§. 6.

Nec minus nocens error est, quod hinc separatismus & schisma oritur; publicus enim cultus neglectus, sacra cena insuper habita, & in tantum quidem hoc schisma processit, ut liberi ne quidem vellent parentum precibus interesse. Clamabant enim ministrum impium & parentes frustra audiri, plurimos audi-

§. 6.  
Separati-  
smus &  
schisma in-  
de oritur.



auditores impios esse & verbo non obedientes, hinc templa deserebant, & uti ostensum est notumque omnibus, tempore sacrorum publicorum instituti conventus isti privati. Hoc vero schisma excitare maximum semper in Ecclesia DEI, post hæresin, crimen habebatur, & qui corpus Christi scindere auderet, membrum corporis esse nequibat, teste iterum Apostolo 1. Cor. 1, 13. c. 12, 15. seq. Ephes. 4, 3. & hinc maxima scandala & turbas oriri, docere iterum possunt verba Lutheri l.c. Dann gleichwie die Schleicher unter unsere Kirche kommen/ und unsere Kirche zurennen und verwüsten wollen/ also werden hernach auch andere Schleicher in ihre Kirche kommen und zurrennen und verwüsten/ und fortan würde des Schleichens und Zurrennens eins über das ander/ nimmermehr kein Ende/ oder müste bald nichts mehr vor keiner Kirche bleiben auff Erden. Et quod revera apud nos res eo deducta, loquitur experientia: de iis vero quæ in Saxonia instituta, testatur Programma Lipsiense ad Festum Pentecostes anno 1691. *Qua pariter de contemnendis verbi ministris spargebantur, non prorsus conficta esse, argumento haud inidoneo suspicabantur ex sacro ordine illi, qui animos multorum ab se alienatos sentiebant.* Et paulo ante quod de desertis Ecclesie ministris dictum, idem programma de Academiis queritur: *Soli unius scriptura & in ea quidem novi fœderis lectioni & meditationi dandam operam esse, rejectis aliis asserenda cœlestis veritatis, quæ in Scholis & Academiis proponantur subsidii, tanquam hominum inventis* --- *Et fidem istis sic divulgatis faciebant deserta ab auditoribus acroateria, in quibus paulo ante maxima discipulorum frequentia ad hauriendum nunc Philosophiæ sobria, nunc articulorum fidei per theses & antitheses expositorum doctrinam confluebant, tum & intermissa & prope sibilis explosa disputationum exercitia, antea cum desiderio expectata; quod malum per brevi latius & ad vicinam quoque Academiam serpsisse, publica ibi queruntur etiamnum programmata.* Ecce gemellos egregios cum illis quos progenuerunt apud nos exclusi pietistarum pulli, qui & in Ecclesia & Academia contra Præceptores suos calcitrarunt.

dominiq; subus et huiusmodi quædam multa mollioribus  
ibus

Equidem præ  
preces etiam lecti  
erant, nihil novi p  
lone, & id quide  
omnia ipfis lordeb  
ne immerito dixe  
quibus domesticor  
tum degustant, do  
& hinc novandi stu  
tamque attonitis si  
ommodocunque  
mum. Hinc ner  
tum explicandi ra  
1496. quem & olim  
regie l.c. f. 96  
males se esse homi  
trone & consuetu  
dite; quam turba  
aliterabilis est juven

Mais vero est  
kata iactabant, un  
iactabant, spreto pl  
caso de quo non ta  
producta sunt: atqu  
eris amiratos esse et  
sentes & Ecclases, i  
re habentur mome  
sente absoluto jan  
finitionem ethi nor  
& fœdata satis in  
mentis, Molén & p  
com. 10. quo ord  
esperare, multo  
esperam etiam  
14.8. rejicitur se



§. 7.

Equidem præscribent *regulas* quasdam & concipiebant preces etiam lectioni Biblicæ præmittendas; sed hæc ubi sanæ erant, nihil novi proponebant, quibus tamen mire sibi placebant, & id quidem repetebant ex autoribus exteris, atque omnia ipsis sordebant, nisi quæ novitatem spirabant externam; nec immerito dixerit quis istos homines similes factos esse iis, quibus domesticorum cibi nulli sunt ad palatum, externos tantum degustant, donec in morbum incidant gravissimum; nam & huc novandi studium homines istos perduxit. Alii diu multumque attonitis similes, tandem in gemitus erumpebant ut quomodocunque admirationem sui, efficerent in animis hominum. Hinc nemo probaverit istam confusam & promiscuam explicandi rationem, nec eos juvat locus Pauli 1. Cor. 14, 30. quem & olim fanatici pro se allegarunt, sed b. Lutherus egregie l. c. f. 968. ostendit, hunc locum agere de prophetis, quales se esse homines isti prius probare debeant; deinde & de more & consuetudine illius Ecclesiæ, à qua diversa ratio est hodie; quam turbare velle & quidem autoritate privata, intolerabilis est juvenum fastus.

§. 7.  
*prætextus  
 pietatis e-  
 rat & con-  
 fusæ expli-  
 catio sc.*

§. 8.

Majus vero est & pejus quod de *Ecstasi & conversione immediata* jactabant, unde ad verbum internum potius attendere jubebant, spreto plerumque verbo externo & quidem prædicato de quo non tantum supra ex Haugianis locis nonnulla producta sunt: atque hos homines, tanquam simias, alios externos imitatos esse etiam in hac parte constat, apud quos visiones & Ecstasæ, immediatæ revelationes, magni adhuc hodie habentur momenti. Repugnat id autem Scripturæ Sacræ hodie absoluto jam canone & Ecclesiæ plantata, (quam distinctionem etsi nonnulli fanaticorum rideant, certa tamen est & fundata satis in Scriptura) ubi ad verbum tantum & sacramenta, Moÿsen & prophetas alligati sumus Luc. 16. Matth. 28. Rom. 10. quo ordine divino neglecto, nullus de salute sua bene sperare, multo minus certus esse poterit; id quod præter Scripturam etiam libri Symbolici docent nostri, unde in F. C. p. 828. rejicitur secundus error Schyvenckfeldianorum, quo

§. 8.  
*Ecstasæ &  
 conversio-  
 nem imme-  
 diatam so-  
 mniabant.*

E docent:



docent: Quod Ministerium Ecclesiasticum, hoc est verbum DEI predicatum & auditum, non sit medium seu instrumentum, quo DEUS Spiritus S. homines doceat, & per quod ipsis donet veram Christi agnitionem, poenitentiam & fidem & quo in ipsis novam obedientiam operetur. Atque hæc egregie illustrantur iis quæ b. Lutherus habet T. VII. Altenb. f. 293. Von den conciliis und Kirchen: also ist's auch gegangen da wir durchs Evangelium anfangen zu lehren/ daß solch äußerlich Ding nicht selig machen konte/ weil es schlechte/ leibliche Creaturen waren/ und der Teuffel offte zur Zauberey gebrauchte/ fielen die Leuth auch groß und gelehrte dahin/ daß die Tauffe als ein äußerlich Wasser/ das Wort ein äußerlich menschlich Reden/ die Schrift als ein äußerlicher Buchstabe/ von Dingen gemachte solten schlecht nichts seyn/ dann es wären äußerliche vergänglich Ding. Also geriechen sie auff das Geschrey/ Geist/ Geist/ der Geist muß thun/ der Buchstaben tödte. Also hieß Wünker uns Wittenberger Theologen, Schriftgelehrte/ und sich den Geistgelehrten/ und ihm nach viel andere mehr. Nec est quod obvertat quis, ipsos tamen in conventibus suis legisse Scripturam. Non enim hic sunt iidem omnium errores, sed varii, ut & inter Anabaptistas: Et quid paucis abhinc annis quidam nomine Klopfer egerit, negans infantem sibi natum baptisandum esse, propter quod & ditione & ab officio suo ejectus est, id adhuc recenti memoria tenemus; etiam & Haugio frequentem S. Cœnæ usum non probatum, constat: quidque inferat illa hypothesis de inefficacia verbi per ministrum impium, qua vis verbi non ab ipso verbo, quod DEI est, sed spiritali sanctitate ministri pendet, facile cuivis cogitanti patere potest, qua de re infra.

## §. 9.

§. 9.  
Adiaphora  
omnia damnabant.

Sic neque hoc in istis hominibus probari potest, aut debet, quod *adiaphora* penitus damnabant, qua in controversia sancte protestor, quod & monui in Thesibus Theologicis Miscellaneis, me nec choreis & saltationibus, nec ebrietate delectari, prout homines calumniatores pessimi mihi imputarunt; quam choreas licitas statuam, & poculum vini haurire ad laticitiam, ne tamen mentis devotio erga DEUM ulla ratione turbetur; & quemadmodum mihi hic sedet animus, ita & olim studioso

studioso eandem m  
Paria & apud Ecce  
fatio omni tempor  
ines, aut quo pœn  
le, quidem non igr  
tate n. a. h. a. p. p. ar  
circumstantiis  
scrapulum esse in  
poculle, qui chorea  
tum &c. grandia p  
tantam auditores,  
um docuit, de qu  
um tantum hic ex  
quomodo isti homi  
em peccent: ita ven  
habet oder andern  
zu Tauffen zu Weck  
habet/ sondern mi  
haben tangen/ essen u  
haben einen sonderu  
habet ihm etwas/ so  
me frohen sagen und  
das freulich/ ordent  
habet oder andere L  
quod auch me eunt  
habet seliger noch un  
um adiaphorum, in  
gram l. vi. gloss. G  
de Adiaphori

Gravior jam er  
ta enim in conven  
h. probare voluit,  
circum Germanie  
nalem transmissi  
illum impium in  
supra nesciebant.



studio eandem mihi fuisse mentem, notum iis est, qui & in Patria & apud Exteros mecum conversati sunt. Neque hoc statuo omni tempore, quo v.g. calamitates undique urgent homines, aut quo pœnitentia agenda, &c. illa adiaphora licita esse; siquidem non ignoro, ejusmodi res ex circumstantiarum varietate *ἢ ἀδιὰ φασιν* amittere, ut malæ evadant; sed casu scandali aliisq; circumstantiis malis remotis existimo, neminis conscientia scrupulum esse injiciendum. Et hic dico pietistas enormiter peccasse, qui choreas opus diaboli dicebant, & alia quædam ut risum &c. grandia peccata esse clamabant, id quod norunt quorundam auditores, privati sermones & praxis ipsa nonnullorum docuit, de qua re in thesibus Miscellaneis dictum est; unum tantum hic ex b. Luthero addam, è quo constare possit, quomodo isti homines in Christianam charitatem & libertatem peccent: ita vero ille T. VII. Altenb. f. 295. Gleichwie zur Hochzeit oder andern Gesellschaften/ soll niemand der Braut oder dem Hauffen zu Verdruß ein sonderliches oder hinderliches Zurnehmen/ sondern mit dem Hauffen sich gleich halten/ sitzen/ gehen/ stehen/ tanzen/ essen und trincken/ dann man kan nicht einem jeglichen einen sondern Tisch/ Küchen/ Keller/ Diener bestellen. Gehlet ihm etwas/ so stehe er auff vom Tisch/ und lasse die andern mit Frieden sitzen und bleiben. Also soll es hier auch (in Ecclesia) alles friedlich/ ordentlich zu gehen/ und doch frey seyn/ wo es Zeit/ Person oder andere Ursachen fordern zu ändern/ daselbst folget der Hauff auch mit einträchtiglich/ weil es/ (wie gesagt) keinen Christen heiliger noch unheiliger machet. Adde quod ablatio istorum adiaphorum, inter pœnas divinas refertur Jer. 7, 34. ad quem l. vid. gloss. Germ. b. Lutheri ibidem, ut per se mala non sint: de Adiaphoris vid. F.C. p. 789. seq. 2 10. sq.

§. 10.

Gravior jam error est de inefficacia verbi per ministros impios, ita enim in conventiculo quodam *ἢ δὲ* inefficaciam talis verbi, probare voluit, quia *qualis causa talis effectus*, cui Eckerkius accinuit Germanico simili; quemadmodum lac per impurum canalem transmissum, impurum redditur, ita & verbum per ministrum impium inefficax est. Verum enim vero, homines isti inepti nesciebant, vel nescire volebant, in ejusmodi rebus à

§. 10.  
De inefficacia verbi per ministros impios.

E 2

causa



causa principali efficaciam esse, non ab instrumentali: quemadmodum & mandatum Regis vel Principis efficax est, & obligat etsi per ministrum non satis probum, vel promulgetur, vel divulgatur. Et ineptum est simile de lacte, quandoquidem verbum DEI nec physicum quid est, nec physicam habet virtutem, sed hyperphysicam, ubi vita ministri impia, utpote verbo plane extrinseca virtutem illius & per se, immutare non potest; licet propter scandalum auditores illud non sinant in se fructificare; hinc verbum à DEO missum fructificat facitque quod DEO placet, illudque præstat ad quod mittitur, quia est DEI verbum Jer. c. 55. Et hic error Schvvenckfeldianorum expresse damnatus est in F. C. p. 829. VII. *Rejicimus & damnamus, quod is Ecclesia minister non possit alios salubriter docere aut sacramenta rite administrare, qui non ipse sit vere renovatus, justus & Pius & A. C. art. 8. Damnant Donatistas & similes, qui negabant uti licere ministerio malorum in Ecclesia, & sentiebant ministerium malorum inutile & inefficax esse.* Ubi expresse quoque de verbo sit mentio, ne excipere possint istiusmodi homines, se non negare efficaciam Sacramentorum per ministrum impium, sed tantum Verbi; solent enim ita effugium quærere. Sed præterquam quod inepta est exceptio, quod quemadmodum, vis sacramentorum tota est ab institutione & promissione divina, non ministri, ita & verbi divini; adeoque cum sacramentum non fiat inefficax impietate ministri, ita nec verbum. Utrumque vero etiam expresse & in A. C. art. 8. & F. C. loco cit. damnatur in Schvvenckfeldianis. Equidem si eo progredi audeant novatores, ut & symbolis nostris assensum præbere recusent, tyrannicumque existiment cum Eclecticis religionis prudentum, his quidem non convincentur; sed apparebit exinde ejusmodi homines non esse Aug. Confess. nec nostræ Ecclesiæ membra, ut tamen esse vel voluerunt, vel simularunt hactenus.

§. II.  
Perfectionem urgent  
possibilem.

Et in his omnibus imaginantur sibi nihilominus perfectionem non egregiam, & dissentientes mire convitiantur: in Locis Haugianis tit. Gebott halten: Antipietismus: halt zum Haupt-Satz Gottes Gebott halten seye unmöglich/ weil wir arme schwache Menschen/ das muß man ihnen einraumen/ dann ihr fleischlicher

der Einn Rom  
und vermag es au  
ne ist imaginaria  
ni Cap. 7. Rom. n  
sina irrogeniti per  
tunt loco Paulino  
um. Et hi tamen  
qua veritate facile  
A. C. p. 87. In hac vi  
tate non desinit malo  
p. 89. Legu imple  
u, cum est integra,  
quod apud est long a dis  
signum satisfieri. N  
per se ipsam, sed prop  
no. Quis enim satis  
sunt afflictiones à  
illi consilio an casu r  
um quod volo bonum  
pro legi DEI carne  
in legi peccati servire

Nec in minimis  
ant & dissimulaban  
examinati iudebant  
sine, faciebant sine  
suis errores clam in  
habebatur fides  
factam esse, quod s  
pcti esse denuo co  
præfate negabant  
les, in eo latibulum  
conventicula dici;  
or. Hoc vero Ch  
Mellalianus sit, qu  
sine peccato facer  
illa re sciat; quod



cher Sinn Rom. 7, 14. ist dem Geseß Gottes nicht unterthan/ und vermag es auch nicht. Ecce quam hi sanctuli in perfectione sua imaginaria sibi placeant. Et quomodo cum Arminianis Cap. 7. Rom. non de Paulo in persona propria, sed in persona irrogeniti perverse interpretantur, alias non contra nos usuri loco Paulino §. 14. *Ego autem carnalis venundatus sub peccatum.* Et hi tamen homines Ecclesiæ A.C. membra se jactant, qua veritate facile is intelliget, qui legerit, quæ habet Apol. A.C. p. 87. *In hac vita non possumus legi satisfacere, quia natura carnalis non desinit malos affectus parere, etsi his resistit spiritus in nobis.* Et p. 89. *Legis impletio, seu obedientia erga legem, est quidem justitia, cum est integra, sed in nobis est exigua & immunda.* & p. 91. *Quid opus est longa disputatione? Tota Scriptura, tota Ecclesia clamat, legi non satisfieri. Non igitur placet illa inchoata legis impletio propter se ipsam, sed propter fidem in Christum, alioqui lex semper accusat nos. Quis enim satis timet, aut diligit DEUM? Quis satis patienter sustinet afflictiones à DEO impositas? Quis non sepe dubitat, utrum DEI consilio an casu regantur res humana? &c. Ideo Paulus inquit: non quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum. Item mente servio legi DEI carne autem servio legi peccati. Hic aperte predicat SE legi peccati servire.*

§. 12.

Nec in minimis computandum est peccatis, quod *simulabant & dissimulabant pleriq; omnia.* Habebantur suspecti & examinati jubebantur subscribere theses & quæstiones propositas, faciebant sine scrupulo, atque hoc factò liberius deinde suos errores clam instillabant aliis, eoque securius, quo magis ipsis habebatur fides, quod non dubitabatur ex animi sententia factum esse, quod subscripsissent. Deinde vero postquam suspecti esse denuo cœperunt, & monerentur semel iterumque, præfracte negabant omnia; convicti tandem per literas & testes, in eo latibulum quærebant, quod ignorassent hæc & alia conventicula dici; & pauci fuerunt qui ingenue confiterentur. Hoc vero Christiano indignum est, nisi Weigelianus vel Messalianus sit, qui existimet exteriorem hominem ista omnia sine peccato facere posse, dummodo homo interior nihil de ista re sciat; quod si licitum est, quid Paulo venit in mentem,

§. 12.  
Simulant  
& Dissimulant.



ut Rom. X, 10. Scriberet Corde creditur ad justitiam, ore sit confessio ad salutem. Et quid vos tandem beati Martyres, qui palam & in fronte confessionem & testimonium JESU CHRISTI gessistis, qui vos mentis impetus agitavit? ut cum, possitis hac nova arte omnia tormenta, passiones & mortes eludere; tam ingenue JESUM CHRISTUM confessi fueritis, nihil veriti sævas tortorum manus? Patet hinc novatores istos nec scripturæ conformem edidisse confessionem apud eos, qui postulabant, quibusque jus erat inquirendi & postulandi, nec vitam Christianis primis conformem duxisse; quorum tamen exempla se imitari dicebant, & omnia ad primævam simplicitatem revocare conabantur.

§. 13.

§. 13.

Atque hæc quidem dixerit quis, *mentis vel intellectus peccata esse*; agnitis peccatis pœnitentibus esse parcendum; utrumque largior; sed hoc tantum moneo, non esse ista peccata levia, sed fidei, quæ præcipua pars est Christianæ religionis, quæ si non incorrupta perstet, hypocrisis mera est, vita ad speciem etiam summæ pietatis composita: Neque hæc scribo, quasi veniæ locus nullus esse debeat, absit hoc à me qui bene memor sum illius apud Paulum Gal. 6, 1, 2. seq. Neq; hæc scribo alio animo, quam ut pateat præsertim Studiosis Theologiæ, quantum periculum fidei & doctrinæ imminere cœperit, ut sibi caveant præsertim ab hypocrisis & novitatis studio. Sed ostendam tamen etiam paucis, quod nec voluntatis his peccata defuerunt: hoc est non tantum circa *credenda*, sed & *facienda*, delinquebatur: *Leges à Magistratu de cultu publico lætæ* (vera loquor) perstringebantur; *liberi parentes* irreverenter habebant, detrectabant obsequium tum in Oeconomicis, tum aliis negotiis, adeo ut ne quidem vocantibus parerent, aut interesse vellent precibus, & si quando ad operas mutuas vocabantur, sibi precibus vacandum esse regerebant, id vero contra naturam esse notum est, & quomodo .b. Lutherus in hæc impia attentata heroice stylum strinxerit præter alia docet quoque Catechismus Eiusdem major in F. C. p. 432. sq. 435. p. 439. seqq. 443. sq. Et cum hæc sciant etiam ex Catecheticis libellis, liberi, qui vix loqui possunt, mirandum sane est, homines de perfectione gloriari

Contem-  
ptus supe-  
riorum.

fici solitos, ista  
vulle.

Sed nec erga  
ambulant: invilus  
bar; dubitabant p  
miltorum, de q  
opposite; imo eo  
colores suos omne  
querentur; se E  
unitatem salvan  
simque essent in  
ceconomias mitte  
trius fecerint, ipsi  
torum tandem fin  
gencia, studium em  
vra. Dico multo  
notui, non esse,  
etiam rudes, quid  
mentem redierunt  
de Dominum JESU  
kopos erat præfix  
1, 2, 6. Quemadm  
tum, cum urceus e  
agregua, ne appar  
predebant, quo f  
facios imitatos,  
Tribus quidam es  
mit sibi die Orthod  
sue halten nicht vie  
wöchle so greulich  
müßte Pl. 38, 7. 1  
Siro, foris Cato,  
tus verba L. C. 1  
hæc redius quad  
preceptum Matt  
tumabit.



riari solitos, ista in praxi vel ignorasse, vel non obser-  
vasse.

§. 14.

Sed nec erga proximum, quod Christianorum est officium, ad-  
implebant: invitus erat quivis, qui sectæ huic non bene cupie-  
bat; dubitabant palam de salute beate defunctorum Ecclesiæ  
ministrorum, de qua re vid. Theses nostræ pietisticis erroribus  
oppositæ; imo eo usque quidam progrediebantur, ut ante-  
cessores suos omnes mercenarios dicerent, neglectos auditores  
quererentur; se Ecclesiæ veræ membra sola hic esse; quin &  
paucitatem salvandorum determinare quidam auderent.  
Cumque essent inopes apud nos plures, non his, sed exteris  
elemosynas mittebant; quod qua conscientia & specie cha-  
ritatis fecerint, ipsi aliquando respondebunt. Et quis inquires,  
horum tandem finis fuit? dicam ex vero: multorum propria  
gloria, studium emergendi, & ut viderentur coram homini-  
bus. Dico multorum, repeto enim quod in hac dissertatione  
monui, non esse, omnes ejusdem farina; erant enim quidam  
etiam rudes, quidam simplices, quorum quidam & ad sanam  
mentem redierunt; & ut reliqui idem faciant, ex intimo cor-  
de Dominum Jesum supplex oro: fuerunt tamen, quibus ille  
scopus erat præfixus, *ihr werdet Ehr davon haben* contra Gal.  
5, 26. Quemadmodum & de reliquis ipsi falsi sunt quidam,  
cum urceus exiit. Et certe cum dicerent quidam se clam  
agere sua, ne apparerent coram hominibus, eis tamen gestibus  
incedebant, quo facile ab aliis dignosci possent, & in hoc se  
sanctos imitatos, assererent. Sic enim in Haugianis L. C.  
Titulus quidam est, *wegen des Kopffhängens der Pietisten/ da-  
mit sich die Orthodoxie spottet. Die Ursach ist leicht zu finden/  
sie halten nicht viel von der wahren Buß: eine greuliche Lehre/  
welche so greuliche Schuler und lose Spötter des H. Geistes  
machet Pl. 38, 7. Hypocrita in verbis sanctus, in corde vanus, intus  
Nero, foris Cato, audi, nemo melius, specta, nemo pejor.* Hacten-  
us verba L. C. Haug: judicet vero Lector æquus, in quem  
hæc rectius quadrent nos, an illos? & si quis conferat Christi  
præceptum Matt. 6, 16, 17. facile judicium veritatis hac de re  
formabit.

§. 14.

Proximus  
odio habi-  
tus.

ex studio  
gloria pro-  
pria.

§. 15.



§. 15.  
De circum-  
stantiis Lo-  
corum &  
Temporum  
judicium  
b. Lutheri.

§. 15.  
De illis quæ supra dixi, cum institutum ipsorum recensui, & circumstantias locorum & temporis spectabant, judicium prolixius non addam, sed acquiescam in eo quod b. Lutherus tulit, & spero acquieturos etiam, qui ingenue se A.C. socios profitentur. Ita vero b. Vir T.V. Altenb. f. 966. Ich habe hören sagen/ wie sich die Schleicher können finden/ zu den Arbeitern in der Ernde/ und auff dem Feld unter der Arbeit predigen/ also auch zu den Kölern und einzelen Leuthen in den Wälden und allenthalben ihren Samen und Giffe außblasen/ wenden die Leuth von ihren Pfarrkirchen. Wer ist so grob der hie nicht mercket/ daß es rechte Teuffels-Votten sind? wären sie von Gott und rechtschaffen/ so würden sie sich allererst zum Pfarrherr einfinden/ und mit demselbigem handeln etc. Et T. VII. in Pl. 123. f. 529. Die Schwermgeister erdencken ihnen allwege sonderliche Andacht/ wie auch die Juden tharen/ Wälder/ und lustige Felsen zum Gebet und Gottesdienst suchten. Sie gedachten auch/ daß sie ihre Augen zu Gott/ der im Himmel wohnet/ auffheben/ aber sie sehleten weit. Ut taceam hæc instituta esse eo tempore quo publica sacra Ecclesiæ peragebantur contra expressum dictum Pauli Hebr. 10, 25. Et expressum decretum Concilii Gangrensis Sæcul. IV. habiti, cujus canones in Codicem canonum universæ Ecclesiæ recepti sunt, (referente D. Hildebrand de precibus Vet. Christian. c. 19. p. 28.) quod sic statuit: *Si quis docet domum DEI contemptibilem esse & Synaxes, quæ in ea sunt, Anathema sit.*

SECT. II.  
Qua re-  
sponderetur  
ad objec-  
tiones.

§. 1.  
ex Matt. 18.  
Heb. 10.

SECT. II.  
§. 1.  
Sed ne videretur carere Verbo DEI hoc suum institutum, *persuadebant sibi alijsq;* (verba sunt program. Lips. Pentecost. anno 1691.) *parum providis, conventus istos ab ipso Christo tum institutos, cum se in medio eorum fore promitteret, si duo aut tres in nomine suo congregati fuerint Matth. 18, 20. eorq; respexisse Apostolum quando nos nostri ipsorummet rationem habere jubeat Heb. 10, 24. 25. ut alij alios ad charitatem & bona opera provocemus, neque consociationem nostram deseramus, ceu soleant nonnulli, sed cohortemur nos invicem, idque tanto magis, quanto propius imminere*



vere diem ultimum videmus. Sed subjiciamus etiam eorum verbis responſionem: *Tantum abest, ut à Christo originem trahat, cujus de gratiosa sui apud duos tresve in ipsius nomine congregatos praesentia promissionem, varie quidem Patres exposuerunt, eorum tamen nemo, neque recentium orthodoxorum quisquam ante haec tempora ejusmodi conventus in Christi verbis institutos agnovit. Apostoli vero monitum inepte allegatur quo non privatos, quales Novatourienſium σοχασμὸς excogitavit, sed publicos Ecclesiasticos conventus intellexit, (b. D. D. Schmid. Comment. p. 1092. & 1154.) quos facile largimur, non in templis magnifice extractis, sed in privatis adibus Christianos Apostolis sive coevos sive aetati illorum proximos celebrasse, quando ob persecutiones ad loca abdita, imo & in cryptas subterraneas divini cultus causa secedebant. Neque e Veteris Ecclesia Graeca & Latina institutis, monstrari vestigia id genus collationum possunt; neque inde ab Ecclesia reformatione Lutheri beneficio sub initium saeculi superioris facta in caetibus Evangelicis innotuerunt; neque Lutherus judicavit introducendas, quin dissuasit potius modis omnibus propter haeticorum fanaticorumque molimina, quibus semper Ecclesia Christi exercetur. Haec genus programma Lipsiense cujus autor creditur esse, D. Carpzovius. Neque haec nobis displicent, tantum in sequentibus, quae ex nostri instituti ratione addenda esse videntur, addeamus.*

§. 2.

Alium praeterea locum, Haugius quondam noster, solitus est objicere ex Coloss. 3, 16. ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικεῖται ἐν ὑμῖν περισσῶς, ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς — καὶ πᾶν ὃ, ἢ ἂν ποιῆτε, ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πᾶντα ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ. i. e. *Verbum Christi habiter inter vos abundanter, in omni sapientia: docentes & admonentes vosmet ipsos, Psalmis & hymnis & odis spiritualibus — Et omne quodcumque faciatis in sermone aut in opere, omnia in Nomine Domini Jesu. Cujus dicti sensus eruendus ex circumstantiis, confirmabimus deinde Interpretum testimonio, denique vero videbimus quid roboris insit si ad praesens institutum nostrum applicetur.* Extra dubium est Paulum hic

§. 2.

ex Coloss. 3, 16.



cum Colossensibus loqui converſis ad Chriſtum eoſque hortari ad ſtudium novæ vitæ, cujus virtutes principes recenſet charitatem v. 14. & precatur pacem DEI, hinc ſubjungit v. 16. *abundanter* (*ἁφ᾽ ἑαυτοῦ*) habitet inter Vos verbum DEI, hoc eſt non ſit hoſpes qui pernoctet tantum, ſed domicilium ſibi ſuum figat, conſtanter apud vos permaneat, idque in omni ſapientia, qua & uſus eſt Apoſtolus in ſuis adhortationibus c. 1, 28. *docentes* & admonentes voſmet, utique ea *ἁφ᾽ ἑαυτοῦ* qua uſus Apoſtolus, quam ipſe docuit 1. Cor. 14, 40. præſertim tum ob perſecutiones, cum nec Magiſtratus Chriſtianus eſſet, nec miniſterium Eccleſiaſticum libertate illa gaudebat apud Coloſſenſes. Et quæ facitis verbo aut opere quod Chriſtianis lege DEI non eſt interdicitum, id facite in nomine, fide, mandato JEſu Chriſti, certi id non contra Chriſtum, nec contra Evangelium eſſe, ut proinde bona conſcientia id facere queatis. Hæc ut putō perſpicua eſt paraphraſis, qua Apoſtolus monet ut ſe invicem inſtituant & adhortentur, hoc vero non promiſcue ad omnes extendunt Patres: Chryſoſt. enim Hom. 9. in Epift. ad Coloſſ. fol. m. 1290. 1292. de Patribus familias intelligit, dum hæc commentatur: *Vos oportebat duntaxat à nobis inſtitui, uxores vero à vobis & liberos.* Et huic ſpectant ea quæ ab Epaphra didicerant c. 1, 7. nec inepte Grot. ad h. l. ſcribit: *Eſt aliquatenus privatorum docere, recitationes vim habent docendi & monendi: quo ſenſu & Laicos ſe invicem debere monere & docere* Hieron. ad h. l. ſcripſit, & recte quidem, nam & hi debent omnia probare & quod bonum eſt, retinere 1. Theſſ. 5. de quo alibi egimus prolixè: b. Luth. noſter notanter T. 2. Altenb. f. 751. ad locum hunc commentatur de cantionibus, *Die Lieder ſind in 4. Stimmen bracht/ daß die Jugend --- etwas heilſames lernet/ und alſo das gute mit Luſt/ wie den Jungen geſchieht eingienge. Auch daß ich nicht der Meynung bin/ daß durchs Evangelion ſolten alle Künſte zu Boden geſchlagen werden/ und vergehen/ wie erliche abergeiſtliche ſürgeben.* Non addeamus plura cum locus videatur ſatis clarus eſſe.

Applicabimus  
 hanc quid robor  
 lus ſcripſit ad ſuo  
 Magiſtratus Chriſ  
 E. his ceſſantibus  
 Apoſtolus juſſit  
 conventicula ſu  
 (3.) Apoſtol  
 omni ſapientia, E  
 mentem venit  
 ſibi ut ſe invicem  
 qua ipſe uſus e  
 illi ordine contra  
 interdicitum co  
 que debet alterum  
 tateat E. in con  
 doleantur, & ſana  
 & homines. Quis  
 tantum male ſanor  
 advertari; ut vel h  
 DEI non aliter uti  
 componant, ne  
 eſt hunc locum alie  
 phra, qui ſi ſenſu  
 entur, naturalia pl  
 quod h. L. facile a  
 tuſ noſter inclutus  
 ſola prohibuit, ut t  
 ſiſi oppoſitis oſte  
 de ſuis illorum h  
 ſentum eſt, alii  
 neceſſitas flagita  
 tum edictum d  
 ſent. Sept. 170



§. 3.

Applicabimus jam locum ad præsens institutum & videbimus quid roboris habeat, vel solus, vel cum aliis. Apostolus scripsit ad suos, cum summa urgeret necessitas, nec erat Magistratus Christianus, nec verbo & ministerio suo libertas, E. his cessantibus, eadem ratio doctrinæ obtinere debet. (2.) Apostolus jussit se invicem docere in omni charitate vera, E. conventicula sunt instituenda, ut calumniis proximus laceretur (3.) Apostolus jussit se invicem docere & adhortari in omni sapientia, E. ut quivis sutor, sartor, netrix &c. quicquid in mentem venit ad verbum DEI proferat. (4.) Apostolus scripsit ut se invicem doceant & hortentur secundum sapientiam qua ipse usus est, ut omnia fiant ordine & decenter E. sine ullo ordine contra institutum publicum Ecclesiæ & Magistratus interdictum conventicula sunt instituenda (5.) unusquisque debet alterum instruere ut etiam bonæ artes in sapientia floreant E. in conventiculis docendum est, ut bonæ artes aboleantur, & sana doctrina corrumpatur, ut sit apud ejusmodi homines. Quis non videt, verbum DEI his institutis hominum male sanorum minimè patrocinari? Quin imo iisdem adversari; ut vel hinc sit manifestum ejusmodi homines verbo DEI non aliter uti, quam pallio eximio, quod erroribus suis circumponant, ne falsitas pelluceat: nam & hoc mirandum est, hunc locum aliquando ab ipsis esse adductum contra adiphora, qui si sensu pietistico contra Pauli intentionem explicetur, naturalia plurima tanquam peccata maxima damnabit, quod b. L. facile animadvertet. Rectissime ergo Magistratus noster inclytus & superioribus seculis ejusmodi conventicula prohibuit, ut tum in hac disputatione, tum in thesibus Pietistis oppositis ostendi; & nostro seculo idem interdixit, sicut de fati illorum hominum in priore disputatione historica ostensum est, aliisque plurimis exemplis adhuc doceri posset, si necessitas flagitaret. Recte etiam hinc Electorale Hanoverarum edictum d. 20. Febr. 1703. & simile Cassellis factum mens. Sept. 1702. & Holmiæ Suecorum 1694. ejusmodi

§. 2.



conventicula ejecit, & nostra quoque civitas in der Policey-  
Ordnung, tit. 1. §. 7. quæ allegat Dn. D. Zentgravius Sen. Fac.  
nostræ & Præses C. E. Venerandus, de lapsu Tertulliani disp. 7.  
& ultima §. 18. p. 21.

§. 4.

§. 4.

Si quis vero tandem quærat, quid statuendum sit de ejus-  
modi conventiculis, si abusus omnis absit? non damnamus, sed an  
sperari hodie possit, dubitamus, & acquiescimus in iis quæ ha-  
bet programma Academiæ Lipsiensis ad Festum Pentecostes  
anno 1691. Non inficiari possumus, par Celeberrimorum Theologo-  
rum, Dorscheum & Dannhaverum in votis habuisse, ut publica  
autoritate Collegia Theologica introducerentur, in quibus de diffici-  
lioribus fidei articulis in Laicorum gratiam vernaculo sermone, mo-  
te ramentum Academico, disputaretur. At in votis uterque subsistere,  
neque animum ad auspicanda hæc exercitia unquam applicuere, tum  
quod neminem hæc talia ab omnibus totius Ecclesiæ statibus definienda  
privato posse ausu moliri probe nossent, tum quod optare magis  
quam sperare successum eorum prosperum liceret. Quid si in hæc  
tempora fuissent reservati, quibus nos temerarios quorundam in Ec-  
clesiæ jura invadentium conatus horumque tristissimum eventum ge-  
mebundi contemplamur, nequaquam hæc essent consilia probaturi.  
Quo pacto quidam ordinis in ipsa nostra Academia Theologici (sc.  
Dn. D. Carpozovius in Ascetico libello de dictis Pædanticis med. 23.  
p. 442. sqq. uti in margine notatur) Vota præceptoris quondam sui  
Dannhaveri imitatus, præclare de pietatis Collegiis Theologo præ-  
sidi, lingua Patria, autoritate tamen illorum, penes quos summa  
rerum est, instituendis aliquando sentiebat, jam post mora in his  
oris certamina longe meliora edoctus. Tam periculosa vero res alicui  
cum illi sint conventus, qui sub prudenti & circumspetto doctoris  
ordinarij moderamine habentur, a nemine nisi totius Ecclesiæ con-  
sensu hoc rerum statu vix sperando præterea tentandi, quid de his  
juvenum plebisque promiscuo cæco impetu cœuntium conventiculis  
judicabimus? Hactenus programma, cum quo sit

SOLI DEO GLORIA, & Dissertationis  
nostræ Academicæ

F I N I S.